Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cor confort, et uentris fluxum et uomitum
colericum restringit, appetitum preparat.
caumata; et febriles calores restinguit.
fit ex ea styrupus magnarum laudum in cura,
et ad preseruationem pestilentialis febris. Sirup. citri
Acetositas tamen nocet neruis, et est mala
pectori. Semen et cortex eius seu bibatur
seu liniatur optimam contra omne uene 3 venenum.
num proprietatem habet. Poma que aran
tia appellantur et limbones in acetosi Aranti et limbon
tatibus suis cum acetositate citri simi
litudinem habent: cortices autem ipsorum et semi
na non sunt tante uirtutis sicut in citro.
Citonium frigidum in p°: siccum in 2°:
Quod non est perfecte maturum stoma
cum grauat, et difficilis est digestionis.
et que muza sunt, aut acetosa, sunt
nociua. licet ad fluxum uentris acetosa
sunt meliora. Et melior modus come
stionis eius est, dum concauatur extrahen
do semen eius, et implendo melle aut
zuccharo, et superponitur in prunis: prius
ipsum in luto, aut stuppa infusa in
aqua, circuyre. multum quidem confert